

rima. Ad quod respondemus: *Et non cognoscebat* & usque, vel donec in Scripturis dupliciter (1) intelligenda. Et de eo quidem quod scriptum est, *Non cognoscebat*, ad coitum esse referendum ipse differuit, nullo dubitante quin ad scientiam sæpe referatur, ut ibi (Luc. 2.) „ Remansit puer Jesus in Hierusalem, & non cognoverunt parentes ejus. “ Sic etiam donec in Scriptura sæpe certum tempus, sicut ipse differuit, significat, sæpe infinitum, ut est illud (Esaï. 46.) „ Donec confenscatis, ego sum. Numquid postquam illi fenerunt, Deus desistet? Et Salvator in Evangelio (infra 28.) *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Ergo post consummationem sæculi a discipulis abscedet? Et Apostolus (1. ad Corinth. 15.) „ Oportet illum regnare donec ponat inimicos „ sub pedibus ejus. “ Numquid postquam illi sub pedibus erunt, regnare desistet? Intelligat ergo ea de quibus posset ambigi, si non fuissent scripta, significari; cetera vero nostra intelligentie derelinqui: juxta quod Evangelista illud indicat, de quo scandalum poterat moveri, non eam cognitam esse a viro usque ad partum, ut multo magis intelligeremus cognitam non fuisse post partum. *Chrysostronus* super Matth. (hom. 1. in oper. imperf. prope fin.) Ut si quis dicat: Donec ille vixit, non est hoc locutus; numquid per hoc significavit, quia post mortem ille locutus est? quod fieri non potest: (2) sic & Joseph ante partum credibile fuit ut non cognosceret eam, quia nondum cognoscebat mysterii dignitatem; postquam vero cognovit quia est facta Unigeniti Dei templum, quomodo poterat hoc usurpare? Sed sequentes Eunomium putant, quia illi ausi sunt hoc dicere, quod Joseph hoc ausus fuit, sicut infans neminem reputat esse sanum. *Hieronymus* contra Helvidium (parum ante medium Libri.) Ad summum illud requiro, cur se abstinerit Joseph usque ad partum diem. Respondebit utique: Quia Angelum audierat dicentem, *Quod in ea natum est.* Qui ergo somnio tantum credidit ut uxorem non auderet tangere, hic postquam pastores audierat, Magos viderat, miracula tanta cognoverat, templum Dei, Spi-

(1) *Al.* intelligi. (2) *Al.* sicut.

Ex edit. P. Nicol. (a) Nihil tale in Hilario, cujus nec stylum sapit, cum nec ulla penitus homilia inveniatur edidisse, nec verbum *intueri* passivè (ut hic) usurparet. Cujus autem sit non occurrit. (b) Habet eadem & Rabbanus, vel non dissimilia ubi supra.

tus Sancti sedem, Domini sui matrem audebat attingere? *Chrysostronus* super Matth. (hom. 1. in oper. imperf. prope fin.) Potest etiam dici quod verbum cognoscendi hic accipitur pro agnitione: vere enim non agnovit eam ante, cujus fuerat dignitatis, & postquam peperit tunc cognovit eam, quia speciosior, & dignior facta fuerat quam totus mundus: quia quem totum mundus capere non poterat, in angustio cubiculo uteri sui sola suscepit. *Hilarus* in hom. (a) Vel aliter. Propter sanctissimæ Mariæ glorificationem a Joseph agnita invenitur specie nec peperit: Dominum enim gloria habens in utero quomodo cognosceretur? Si Moysi cum Deo colloquentis glorificata esset facies, ut non posset intendere in eum filii Israel, quanto magis Maria agnosci, vel intueri non poterat, quæ Dominum potentia utero habebat? Post partum autem a Joseph agnita invenitur specie faciei, non tactu libidinis. *Hieronymus* super Matthæum (in fine 1. cap.) Ex hoc autem quod dicitur, *Filium suum primogenitum*, quidam perverissime suspicantur & alios filios habuisse Mariam, dicentes, primogenitum non dici nisi qui habeat & fratres; cum hic mos Scripturarum sit ut primogenitum non eum vocent quem fratres sequuntur, sed eum qui primus natus sit. *Hieronymus* contra Helvidium (paul. ante med. Lib.) Alioquin si non est primogenitus nisi quem sequuntur & fratres, tandem sacerdotibus primogenita non debentur, quamdiu & alia fuerint procreata. *Glossa* (ord. super illud, *Filium suum primogenitum*.) Vel primogenitus dicitur inter omnes electos per gratiam; proprie autem Unigeniti Dei Patris, vel Mariæ dicitur.

Sequitur: *Et vocavit nomen ejus Jesum*, die octavo quo fiebat circumcisio, & nomen imponebatur. *Remigius*. (b) Liqueat autem hoc nomen fuisse notissimum sanctis Patribus, & Dei Prophetis, maxime illi qui dicebat (Psal. 118.) „ Deseit in salutari tuo anima mea: “ & (Psal. 12.) „ Exultavit cor meum in salutari tuo: “ & illi qui dicebat (Habac. 3.) „ Exultabo in Deo Jesu meo. “

CA-

CAPUT II.

(a) **C**um natus esset Jesus in Bethlechem Judæ, in diebus Herodis Regis; ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare eum.

(b) Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlechem Judæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlechem terra Judæ, nequaquam minima es in principibus Judæ: ex te enim exiit dux qui regat populum meum Israel.

(c) Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis; & mittens illos in Bethlechem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis, renuntiæ mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent Regem, abierunt.

(d) Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer.

(e) Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & proclidentes adoraverunt eum: & apertis thesauris suis obulerunt ei munera, aurum, thus, & mirram.

(f) Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

(g) Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui confurgens accepit puerum, & matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum. Et erat ibi usque ad obitum Herodis; ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.

(h) Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlechem, & in omnibus finibus ejus, a bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis.

(i) Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios suos; & noluit consolari, quia non sunt.

(k) Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri.

(l) Qui confurgens accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire, & admonitus in somnis secessit in partes Galilææ. Et veniens habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazareus vocabitur.

(a) **A**ugustinus (a) in ser. de Epiph. Post miraculum virginei partus quo uteris divino numine plenus, salvo pudoris signo, Deum hominem profudit, inter obscuras cubiculi latebras, & præsepis angustias, in quibus infinita majestas membris contractioribus stabulabat, dum pendet ad ubera, & vilius patitur Deus involumenta pannorum, repente novum de cælo sydas terris effulsit, & totius mundi dissipata caligine, noctem convertit in diem, ne dies celaretur in nocte: unde

S. Thom. Oper. Tom. VIII.
Ex edit. P. Nicol. (a) Ut ex serm. 5. præcedentia exemplaria notat; Milleloquium ex 11. At nec serm. 5. quidquam tale habetur, nec in ullo eorum qui recenti editione continentur, ut in ea ullus est 11.

H ad

ad distinctionem ejus hic Judæa poneretur? Judæa autem idcirco scribitur, quia & aliam Bethlehem in Judæa legimus in Lib. Jesu filii Nave. *Glossa* (ord. super illud, *Bethlehem Juda.*) *Dux* enim Bethlehem sunt: alia quæ est in terra Zabulon, altera quæ in terra Juda, quæ prius vocata est Ephrata. *Augustinus* in Lib. de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 7. non remote à princ.) De civitate autem Bethlehem Matthæus, Lucasque consentiunt. Sed quomodo, & qua causa ad eam venerint Joseph, & Maria, Lucas exponit, Matthæus prætermittit. B. contra de Magis ab oriente venientibus Lucas tacet, Matthæus dicit. *Christofolomus* super Matthæum (hom. 2. in op. imperf. circa princ.) Sed videamus quod ad utilitatem respiciat, quod Evangelista tempus designat quo Christus nascitur, dicens: *In diebus Herodis Regis*: quod dicit ut prophetiam Danielis impletam demonstraret, quæ post 70. septimanas annorum Christum nasciturum esse prædicit, Nam ex illo tempore usque ad regnum Herodis 70. septimanarum anni sunt consummati, vel ideo quia quamdiu Judaica gens sub Judaicis Regibus, quamvis peccatoribus tenebatur, Prophetæ mittebantur ad remedium ejus; tunc autem quando lex Dei sub potestate Regis iniqui tenebatur, & justitia Dei sub dominatione Romana premebatur, nascitur Christus: quia (1) magna, & desperabilis infirmitas medicum artificiosorem quærebat. *Rabbanus*. Vel ideo Regis alienigenæ mentionem fecit, ut impleretur prophetia quæ dixit (Gen. 49.) „Non auferetur sceptrum de Juda, nex dux „de femore ejus, donec veniat qui mittendus „est.“ *Ambrosius* super Lucam (Lib. 3. inter med. & fin.) Fertur autem quod Idumæi latrones Alcalonem ingressi, Antipatrum inter alios adduxerunt captivum. Is igitur imbutus mysteriis Judæorum, Hircano Judææ Regi amicitia copulatur; quem pro se ad Pompejum Hircanus direxit: & quia legationis fructu potitus est, per eam gratiam partem regni affectavit. Occisio autem Antipatro, filius ejus Herodes sub Antonio Senatufconsulto Judæis regnare præceptus est: in quo claret Herodem nulla a finitate (2) gentis Judæorum regnum quævisse. *Christofolomus* in hom. (6. circ. med.) Dicitur autem, *Herodis Regis*, dignitatem addens, quia (3) & alius fuit Herodes qui Joannem interiecit. *Christofolomus* super Matth. (hom. 2. in opere imperf.) Dum ergo hoc tempore natus esset, ecce Magi veniunt, hoc est, confessum ut natus est, magum Deum ostendentes in parvulo homine, *Rabbanus*. Magi vero sunt qui de singulis rebus

(1) *Al.* magis desperabilis. (2) *Al.* generis. (3) *Al.* & alius filius. (4) *Al.* & ad hujus artis scientiam (5) *Al.* Si enim hanc stellam. (6) *Al.* deest. ultimis.

Bethlehem, cum equos Arabicos, & dromedarios haberent, qui scilicet sunt veloces ad iter. *Christofolomus* super Matth. (hom. 2. in op. imperf. post init.) Vel per biennium ante Christi nativitatem profecti sunt, & stella eos præcedebat, & neque esca, neque potus defecit in peris eorum. *Remigius*. Vel si fuerint successores Balaam, Reges (1) isti non longe distant à terra promissionis; idcirco in tam brevi spatio temporis Hierosalem venire potuerunt. Sed tunc quaerendum est quare Evangelista dicat eos ab oriente venisse. Quod ideo est, quia ab illa regione venerunt quæ in orientali parte Judæis posita est. Pulchre autem ipsi ab oriente venisse dicuntur: quia omnes qui ad Dominum veniunt, ab ipso, & per ipsum veniunt: ipse enim est oriens, secundum illud Zach. 6., *Ecce vir, oriens nomen ejus.* *Christofolomus* super Matth. (hom. 2. in opere imperf. non remote à principio.) Vel ab oriente venerunt. Unde dies nascitur, inde initium fidei processit, quia fides lumen est animarum. Ab oriente ergo venerunt, sed Hierosolymam. *Remigius*. Quamvis Dominus ibi natus non esset: quia licet agnoscerent nativitatis tempus, locum tamen non cognoverunt. Hierosalem enim regia civitas est, & crederent quod talis puer non nisi in urbe regia nasci debuisset. Sive ideo venerunt, ut adimpleretur quod scriptum est (Esa. 2.) „De „Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieru- „salem:“ quia ibi primo annuntiatus est Christus: sive ut studio Magorum damnaretur pigritia Judæorum. *Venerunt* ergo *Hierosolymam*, dicentes: *Ubi est qui natus est Rex Judæorum?* *Augustinus* in ferm. de Epiph. (ferm. 2. parum ante medium.) Cum autem multi nati, atque defuncti essent Reges Judæorum, numquid quemquam eorum adorandum Magi quæserunt? (2) Non, quia nec quemquam eorum de celo loquentem didicerunt. (3) Non itaque Regi Judæorum, quales esse illic solebant, hunc tam magnum honorem longinqui alienigenæ ab eodem regno prorsus extranei à se debere arbitrantur. (Et ferm. 7. circa med.) Sed talem natum esse didicerant, in quo adorando se salutem, quæ secundum Deum est, consecuturos minime dabitarent: neque enim ætas erat saltem cui adulario humana servire, non de membris purpura, non in capite diadema fulgebat, non pompa famulantium, non terror exercitus, non gloriosa fama prælorum, hos ad eum viros ex remotis terris cum tanto voto supplicationis attraxerunt. (Et ferm. 6. de Epiph.) Jacebat in

præsepio puer, ortu recens, exiguus corpore, contemptibilis paupertate. Sed magnum aliquid latebat in parvo, quod illi homines primitiæ gentium, non terra portante, sed celo narrante didicerant: unde sequitur: *Vidimus enim stellam ejus in oriente*. Annuntiant, & interrogant, credunt, & quaerunt, tamquam significantes eos qui ambulant per fidem, & desiderant speciem. *Christofolomus* in hom. (6.) Sciendum autem, quod Priscillianistæ hæretici, qui nasci unumquemque hominem (4) sub constitutionibus stellarum putant, hoc in adjutorium sui erroris assumunt, quod nova stella exiit, cum Dominus in carne apparuit: cuius fuisse fatum eadem quæ apparuit stellam putant. *Augustinus* contra Faustum (Lib. 2. cap. 1. in princ.) Et secundum Faustum, hic stella inducitur, quæ confirmat Genesim, ut recte Genesidium hoc magis nuncupari possit quam Evangelium. *Gregorius* in hom. (10. ante med.) Sed abit à fidelium cordibus ut esse quid fatum dicant. *Augustinus* de Civ. Dei (Lib. 5. cap. 1. paulo à princ.) Nam homines quando fatum audiunt, usitata loquendi consuetudinē non intelligunt nisi vim positionis fidærum, qualis est quando quis nascitur, sive concipitur; quod aliqui alienant à Dei voluntate. Et hi ab auribus omnium repellendi sunt, qui qualiumcunque deorum volunt esse cultores. Aliqui vero stellas hanc putant habere potestatem traditam sibi à summa Dei potestate: qui magnam celo faciunt injuriam, in cuius velut splendidissimam curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua terrena civitas decrevisset, genere humano decerente, fuerant evertenda. *Christofolomus* super Matth. (hom. 2. in opere imperf.) Si ergo aliqui adulter, & homicida fiat per stellam, magna est iniquitas illarum stellarum, magis autem illius qui creavit stellas: nam cum sit præcius futurorum Deus, ex quo tanta iniquitas futura erat per stellas, (5) si voluit ei dare, non est bonus; si noluit ei dare, & non potuit, impotens est. Si etiam stella est quod aut mali sumus, aut boni, ergo nec bonum nostrum laudandum est, nec malum vituperandum, quia nec in nobis est voluntarius actus; ut quid enim mali mei pœnam fuscipiim, quod non voluntate, sed necessitate commisi? Ipsa denique mandata Dei ne peccent homines, aut hortamenta ut faciant bonum, hanc insipientiam destrunt. Quis enim jubet aliquem ne faciat malum, quod non potest declinare; aut faciat bonum, ad quod non potest pervenire? *Grego-*

(1) *Al.* isortum. (2) *Al.* omittitur. Non. (3) *Al.* Non itaque Judæorum, quales esset illis solebant, hunc tam magum hominem longinqui alienigenæ ab eodem regno prorsus ab extraneis à se debere arbitrantur. (4) *Al.* deest. sub. (5) *Fortè* Si noluit emendare, non est bonus; si voluit, & non potuit, &c.

gorius Nifenus (a) (Lib. 6. Philof. cap. 1.) In-
fipientes vero sunt orationes, omnibus fecundum
fatum existentibus; exulat autem (1) &
providentia Dei cum pietate: cum his & homo
organum solum invenitur fuperni circularis motus;
ab hoc enim moveri ad operationes ajunt,
non solum partes corporis, (2) fed animæ ex-
coitationes: & univerfaliter qui hoc dicunt,
quæ in nobis funt, & contingentis naturam
(3) destruant: & ita nihil aliud est hoc quam
omnia evertere. Ubi etiam de reliquo erit libe-
rum arbitrium? Liberum enim oportet esse
quod est in nobis. *Augustinus* de Civit. Dei (Lib.
5. cap. 6. circa med.) Non usquequaque autem
abfurdè dici potest, ad solas corporum differen-
tias afflatus quosdam valere fideos, ficut folari-
bus accèssibus, & decessibus videmus anni
tempora variari, & lunariis incrementis atque
decrementis augeri, & minui quedam genera
rerum, ficut conchas, & mirabiles æstus Oceani;
non autem animi voluntates. positionibus
siderum fubdi. (Et cap. 1.) Quod si dicantur
stellæ fignificare ifta potius quam facere, quid
est quod nunquam dicere potuerunt, cur in
vita geminorum, in actibus, in eventibus,
professionibus, actibus, honoribus, ceteris
que rebus ad humanam vitam pertinentibus, at-
que in ipfa morte plerumque fit tanta diver-
fitas, ut fimiliores fint multi extranei, quam
ipfi inter fe gemini, per exiguum temporis in-
tervallum in nascendo feparati, in conceptu
autem per concubitu uno etiam momento fe-
minati? (Et cap. 2.) Quod (4) ergo conantur
efficere de intervallo exigui temporis quod ipfi
inter fe gemini dum nascerentur habuerunt, non
tantum valet quanta invenitur in geminorum
voluntatibus, actibus, moribus, casibusque
diverfitas. (Et cap. 7.) Quidam vero non af-
trorum constitutionem, fed omnium connexionem
feriemque caufarum, quam Dei summi
tribuunt voluntati, & (5) potestati, fati nomi-
ne appellant. Si quis ergo res humanas fato
tribuit, quia ipfam Dei voluntatem, vel po-
testatem fati nomine appellat; sententiam te-
neat, linguam corrigat: quoniam fati nomen
folet à loquentibus poni in fiderum constitu-
tione. (Et cap. 9.) Unde voluntatem Dei fati
vocabulo non nuncupamus, nisi forte ut fatum
à fando, idest à loquendo, dictum intelligamus,
Scriptum est enim (Pfal. 61.) „ Semel locu-
tus est Deus: duo hæc audivi. “ Unde non

(1) Al. ex providentia. (2) Al. & anima. (3) Al. destruant ea, & nihil. (4) Al. deest hæc sen-
tentia usque ad citationem. (5) Al. præfenti. (6) Al. mysterium. (7) Al. Dominus.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Immo potius Nemesius in Lib. de Natura hominis, cap. 35. quod in-
tribuitur nominatim de fato, ut videre est Tom. 2. Biblioth. Græc. Patrum. (b) Colligitur ex ferm.
2. 3. 4. & 6. fed in Glossa plenius, ut hic.

est multum cum eis de verbi controversia labo-
randum atque certandum. *Augustinus* contra
Fauftum (Lib. 2. cap. 5. circ. med.) Si autem
sub fato stellarum nullius hominis genefim poni-
mus, ut liberum arbitrium voluntatis ab omni
necessitatis vinculo vindicemus, quanto minus
illius temporalem generationem sub astrorum
conditione credimus factam, qui est univerfo-
rum æternus creator, & dominus? Itaque illa
fiella quam viderunt Magi, Christo secundum
carnem nato, non ad decretum dominabatur,
fed ad testimonium famulabatur. Proinde non
ex illis erat stellis quæ ab initio creaturæ itine-
rum fuorum ordinem sub creatoris lege, custo-
diunt; fed novo virginis partu novum fidus ap-
paruit, quod (6) ministerium officii sui etiam
ipfis Magis querentibus Christum, cum ante
faciem præiret, exhibuit, donec eos usque ad
ipsum locum ubi (7) Deus Verbum infans erat,
præeundo perduceret. Quidam autem astrologi
ita constituerunt nascentium hominum fata sub
stellis, ut aliquam stellarum, homine aliquo
nato, circuitus sui ordinem reliquiffe, & ad
eum qui natus est, perrexiffent afferent. Sortem
quippe nascentis astrorum ordini colligari arbi-
trantur, non astrorum ordinem ad hominis nati
diem posse mutari. Quapropter si fiella illa ex
his erat quæ in caelo peragunt ordines suos, quo-
modo poterat discernere quid Christus acturus
erat, quæ nato Christo iustia est relinquere quod
agebat? Si autem, ut probabilis creditur, ad
demonstrandum Christum, quæ non erat, exor-
ta est; non ideo Christus natus, quia illa exi-
tit, fed illa exiit, quia Christus natus est;
unde si dici oporteret, non stellam Christo, fed
Christum fielle fatum fuiffe diceremus: ipse
quippe illi, non illa huic nascendi attulit cau-
sam. *Chrysoftomus* in hom. (6. parum à princip.)
Non est hoc etiam astronomiæ opus à stellis sci-
re eos qui nascuntur, fed ab hora nativitatæ fu-
tura prædicere; hi autem tempus nativitatæ
non cognoverunt, ut hinc fumentes initium à
stellarum motu futura cognoscere, fed é con-
verfo. Dicunt ergo: *Vidimus stellam ejus. Glossa*
(interlinearis.) Idest propriam, quia hanc crea-
vit ad offensionem sui. *Augustinus* (b) in ferm. de
Epiph. Pastoribus Angeli, Magis fiella Chris-
tum demonstrat: utriusque loquitur lingua cæ-
lorum, quia lingua cessaverat Prophetarum,
Cælos Angeli habitant, & sidera exornant:
utrisque ergo cæli enarrant gloriam Dei. *Gre-*

gorius (hom. in Evang. 10. circa princ.) Et ra-
tionabiliter Judæis, tamquam ratione utenti-
bus, rationale animal, idest Angelus, prædi-
care debuit. Gentiles vero, quia ratione uti nesci-
ebant, ad cognoscendum Dominum non per
vocem, fed per signa perducuntur: quia & illis
prophetiæ tamquam fidelibus, & istis signa tam-
quam infidelibus data sunt. Eisdem autem Gen-
tibus Christum, cum perfectæ effet ætatis, Apof-
toli prædicant, eumque parvulum, & necdum
per (1) humanitatis officium loquentem fiella
Gentibus denuntiat: quia nimirum rationis or-
do posebat ut loquentem jam Dominum lo-
quentes nobis prædicatores; & necdum loquen-
tem elementa muta prædicarent. *Leo* Papa in
ferm. 3. de Epiph. Ipse etiam Christus expecta-
tio gentium, de quibus quondam beatissimo
patri Abrasæ innumerabilis fuit promiffa fuc-
cessio, non carnis femine, fed fidei fecundita-
te generanda: & ideo stellarum multitudini com-
parata, ut ab omnium gentium parte, non ter-
rena, fed cælestis progenies speraretur. Ad
credendum ergo promiffæ posteritatis herodes in
sideribus designati, ortu novi sideris excitantur,
ut in quo cælum est adhibitum in testimonium,
cæli famuletur obsequium. *Chrysoftomus* in hom.
(6. aliq. a prin.) Quoniam autem non cælestium
una stellarum hæc fuit, manifestum est:
nulla enim alia stellarum hæc via procedit, hæc
enim ab oriente in meridiem ferebatur, ita enim
Palæstina ad Persidem jacet. Secundo autem à
tempore quo videbatur: non enim in nocte ap-
paruit tantum, fed in media die; quod non
est virtutis stellæ, fed nec etiam lunæ. Tertio
ab eo quod apparebat, & occultabatur rursus
cum enim intraverunt Hierofolyman, occulta-
vit feipfam; deinde ubi Herodem relinquerunt,
feipfam monstravit. Neque etiam proprium
quemdam gressum habebat; fed cum oportebat
ire Magos, ibat; quando autem stare oportebat,
fiabat; ficut & de columna nubis erat in
deserto. (2) Quarto quia non fursum manens
partum Virginis ostendebat, fed deorsum de-
scendens hoc faciebat; quod non est stellæ mo-
tus, fed virtutis cuiusdam rationalis: unde
videtur hæc fiella (3) virtutis invisibilis fuiffe
in talem apparentiam formata. *Remigius*. Non-
nulli dicunt hanc stellam fuiffe Spiritum Sanc-
tum, ut ipse qui postea super baptizatum Do-
minum descendit in specie columbæ, in specie
stellæ apparuerit Magis. Alii dicunt fuiffe An-
gelum, ut ipse qui apparuit pastoribus, appa-
S. Thom. Oper. Tom. VIII.

(1) Al. humanioris. (2) Al. Neque etiam fursum manens. (3) Al. virtus. (4) Al. scilicet
Christum natum signaret.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Inter sermones de diversis post sermonem 66. cum hac inscriptione
tantum *Epiphaniæ de eodem.*

ruerit etiam Magis, *Glossa* (ord. super illud, *Vidimus stellam ejus.*) Sequitur etiam, in oriente.
Utrum fiella in oriente orta est, an ipsi sibi positi
natam, & occidentem viderint, ambiguum est:
potuit enim nasci in oriente, & eos in Hierusa-
lem perducere. *Augustinus* (a) in ferm. de Epiph.
Sed dicturus es: A quibus audierunt quod ta-
lis, (4) scilicet fiella, Christum natum signifi-
carer? Perfecto ab Angelis aliqua monitione
revelationis. Queris fortassis: Ab Angelis bonis,
an malis? Christum quidem, & Angeli
mali, hoc est demones, Filium Dei esse con-
fessi sunt. Sed cur non & à bonis hoc audie-
rint, quando in Christo adorando falus eorum
jam quærebatur, non iniquitas damnabatur? Po-
tuerant ergo illis & Angeli dicere: Stella quam
vidistis, Christus est. Ite, adorate illum, ubi
natus est, & simul iudicate qualis quantusque
natus sit. *Leo* Papa in ferm. (4.) de Epiph.
Vel præter illam stellæ speciem, quæ corpo-
reum incitavit obtutum, fulgentior veritatis
radius eorum corda perdoquit; & hoc quidem
ad illuminationem fidei pertinebat. *Augustinus*,
in Lib. de quaest. no. & vet. test. (quaest. 63. in
princ.) Vel Judæorum natum Regem intellex-
erunt, cum fiella indice temporalis Rex solear
designari. Hi enim Magi Chaldæi non malivo-
lencia astrorum cursum, fed rerum curiositate
speculabantur. Sicut enim datur intelligi, tradi-
tionem Balaam fequebantur qui, dixit Num.
24. „ Orietur fiella ex Jacob. “ Unde videntes
stellam extra ordinem mundi, hæc intellex-
erunt quam Balaam futuram indicem Regis Ju-
dæorum prophetaverat. *Leo* Papa in ferm. (4.)
de Epiph. Potuerunt autem illis credita, & in-
tellecta fufficere, ut corporali intuitu non in-
quirent quod plenissimo visu mentis inスペ-
xant; fed diligentia sagacis officii ad videndum
usque puerum perseverans nostri temporis ho-
minibus serviebat; ut ficut omnibus nobis pro-
fuit, quod post resurrectionem Domini vestigia
vulnerum ejus, Thomæ Apofoli exploravit
manus; ita ad nostram utilitatem proficeret
quod infantium ipsius Magorum probavit af-
pectus: unde dicunt: *Venimus adorare eum.*
Chrysoftomus super Marth. (hom. 2. in opere im-
peri. non multum remote à princip.) Sed num-
quid nesciebant quia in Hierusalem regnabat
Herodes? Numquid non intelligebant quia
cumque, Rege vivente, alterum Regem
pronuntiat, aut adorat, punitur in sanguine?
Sed dum considerabant Regem futurum, noa

I

ti-

timebant presentem: adhuc non viderant Christum, & jam parati erant mori pro eo. O beati Magi, qui ante conspectum crudelissimi Regis, priusquam Christum cognoscerent, Christi facti sunt confessores.

(b) *Augustinus* (a) in ferm. de Epiph. Sicut Magi desiderant Redemptorem; ita Herodes timet successorem: unde sequitur *Audiens autem Herodes Rex turbatus est. Glossa*. Rex dicitur ut ex collatione vjus qui quaeritur; hic intelligatur extraneus. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 2. in opere imperf. parum ante medium.) Et ideo turbatur audiens Regem natum Judæis ex genere Judæorum, cum esset ipse genero Idumæus; ne regno revolutio iterum ad Judæos, ipse à Judæis expelleretur, & semet ejus post ipsum præcederetur à regno: semper enim gaudis potestas majori timori subiecta est: sicut enim rami arborum in excelso positum, etiam si levis aura flaverit, moventur, sic & sublimes homines etiam levis huiusmodi fama conturbat, humiles autem, sicut in convalle, plerumque in tranquillitate consistunt. *Augustinus* in ferm. de Epiph. (2. ante med.) Quid autem erit tribunal judicantis, quando superiores Reges (1) timere faciebat natiuitas infantis? Pertineant Reges ad Patris dexteram jam sedentem, quæ Rex impius timuit adhuc matris ubera lambentem. *Leo Papa* in ferm. de Epiph. (4. ante medium) Superfluo tamen Herodes timore turbatus: non capit Christum regio tua, nec mandis Dominus potestatis tuæ cepit esse contentus angustis. Quem in Judæa regnare non vis, ubique regnat. *Glossa* (ord. super illud, *Turbatus est*.) Vel non solum propter se timuit, sed propter iram Romanorum: decreverant enim Romani, ne quis Rex, vel Deus, sine eorum consilio diceretur. *Gregorius* in hom. (10. super Evan. in princ.) Cæli autem Rege nato, Rex terræ turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cælestis aperitur. *Leo Papa* in ferm. de Epiph. (6. ante med.) Herodes etiam diaboli personam gerit, cuius (2) sicut tunc fuit inceptor, ita nunc quoque est indefessus imitator. Cruciatu enim vocatione gentium, & quotidiana potestatis suæ destructione torquetur. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 2. in opere imperf.) Uterque ergo zelo proprio turbatur, & sui regni successorem timebat: Herodes terrenum, diabolus autem cælestem. Ec-

ce autem & Judæus populus turbatur, qui magis de auditu isto gaudere debuerat, quia Rex Judæus suscipere dicebatur. Sed turbantur, quia de adventu iusti non poterant gaudere iniqui. Aut certe turbabantur, ne forte natus Judæo Regi genus ejus vexaret: unde sequitur: *Et omnis Hierosolyma cum illo. Glossa* (ord. super illud: *Et omnis Hierosolyma cum illo*.) Volens illi favere quem timebat: populus enim plus iusto eis favet quos crudeles sustinet.

Sequitur: *Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi.* Ubi nota diligentiam inquirentis, ut si invenerit, faciat quod postea se velle ostendit: sin autem, (3) excusatus sit Romanis: *Remigius*. Scribas autem dicti sunt, non tantum ab officio scribendi, sed potius ab interpretatione Scripturarum: erant enim legis doctores.

Sequitur: *Sciscitabatur ab eis ubi Christus natus esset.* Hic attendendum est, quia non dixit ubi Christus natus est, sed *Ubi nasceretur.* Callide enim interrogavit eos, ut posset agnoscere si de Rege nato laterentur. Christum autem vocat, quia noverat inungi Regem Judæorum. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 2. in opere imperf.) Ut quid autem interrogat Herodes, qui non credebat Scripturis? Aut si credebat, quomodo sperabat posse interficere illum quem Regem futurum esse dicebant? Sed diabolus instigabat, qui credebat quod Scripturæ non mentiantur. Sic sunt omnes peccatores, qui hoc ipsum quod credunt, perfecte credere non permittunt: quod enim credunt, veritatis est virtus, quæ non potest esse occulta; quod autem non credunt, execratio est inimici. Si enim perfecte crederent, sic viverent quasi post modicum transire de hoc mundo, non quasi in æternum mansuri.

Sequitur: *At illi dixerunt: In Bethlehem Juda.* *Leo Papa* in ferm. de Epiph. (1. paulo ante medium.) Magi quidem humano sensu significatum sibi Regis ortum existimaverunt in civitate regia esse quaerendum. Sed qui servi susceperat formam, & non iudicare venerat, sed iudicari, Bethlehem prælegit natiuitati, Hierosolymam passioni. *Theodotus* (b) (in ferm. conc. Ephesini.) Si enim maximum Romam elegerit civitatem, potentia civium mutationem orbis terrarum factam putarent; si filius fuisset Im-

pe-

(1) *A.* cura terrebat infantis. (2) *A.* deest sicut. (3) *A.* accusatus.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Nempe ex ferm. 66. de diversis, cuius initium est *Solemnitas*.

(b) Sive ferm. 1. de Nativitate Domini, qui refertur in Concil. Ephes. part. 2. cap. 9. ut jam indicatum est supra.

peratoris, potestati utilitatem adscriberent. Sed quid fecit? Omnia egena, & vilia elegit, ut divinitas cognosceretur orbem transformasse terrarum. Propterea pauperulam elegit matrem, pauperiore patriam, egenus fit pecuniis, & hoc tibi exponit præsepe. *Gregorius* in hom. (8. super Evang.) Bene etiam in Bethlehem nascitur; Bethlehem quippe domus panis interpretatur: ipse namque est qui ait (Joan. 6.) „Ego „sunt panis vivus, qui de cælo descendi.“ *Chrysostomus* super Matth. (hom. 2. in opere imperf.) Cum autem debuissent celare mysterium Regis præstiti à Deo; (1) maxime in conspectu alienigenæ Regis, facti sunt non prædicatores operum Dei, sed proditores mysteriorum ejus; & non solum manifestant mysterium, sed etiam propheticum protulerunt exemplum: unde subiungunt: *Sic enim scriptum est per Prophetam*; scilicet Michæam (cap. 5.) *Et tu Bethlehem terra Juda. Glossa* (ordin. super illud: *Et tu Bethlehem*.) Hoc sic ponit, ut ab eis dictum est, qui est non verba, veritatem sensus quodammodo ponunt. *Hieronymus* (de opt. interpretandi genere à medio.) Unde hic reprehenduntur Judæi de ignorantia: quoniam prophetia dicit: „Tu Bethlehem Ephrata;“ illi dixerunt, *Tu Bethlehem terra Juda.* *Chrysostomus* super Matth. (hom. 2. in opere imperf. ante medium.) Sed adhuc ipsam prophetiam præcedentes interficiendorum parvulorum facti sunt causa: sic enim scriptum erat: „Ex te exiet Rex, qui pascet „populum meum Israel, & dies ejus à diebus „sæculi.“ Si ergo integram prophetiam protulissent, considerans Herodes, quia non erat Rex terrenus, cuius dies à diebus sæculi erant, intantum furorem non exarsisset. *Hieronymus* super Matth. (cap. 2. in initio, & super Michæam, cap. 5.) Est autem sensus prophetiæ talis. Tu Bethlehem terra Juda, vel Ephrata (quod ideo dicitur, quia est alia Bethlehem in Galgala sita) quamvis parvus vicus sis inter multa civitatum Juda, tamen ex te nascetur Christus, qui erit dominator Israel, qui secundum carnem de David est, de me tamen natus est ante sæcula: & ideo dicitur: „Egressus ejus „ab initio à diebus æternitatis:“ quia (Joan. 1.) „in principio Verbum erat apud Deum.“ (a) Sed hoc ultimum, ut dictum est, Judæi tacuerunt, alia vero mutaverunt, vel propter ignorantiam, ut dictum est, vel ad majorem manifestationem, ut Herodi alienigenæ intellectum prophetiæ aperirent; unde pro eo quod

Propheta dixit, Ephrata, quod erat nomen antiquum, & forte Herodi ignotum, dixerunt, *Terra Juda*; pro eo autem quod Propheta dixerat, „Minima es in millibus Juda,“ (2) volens ostendere parvitatem ejus quantum ad populi multitudinem, dixerunt: *Nequaquam minima es in principibus Juda*, volentes ostendere magnitudinem dignitatis, proventientem ex dignitate principis nascituri; quasi dicerent: Magna es inter civitates ex quibus principes prodierunt. *Remigius*. Vel talis est sensus: quamvis minima videaris inter urbes principatum habentes, tamen non es minima: quia ex te exiet dux qui regat populum meum Israel. Dux autem iste Christus est, qui populum fidelem regit & gubernat. *Chrysostomus* hom. (1. prope princ.) Intende autem certitudinem prophetiæ: non enim dixit, quod in Bethlehem erit, sed quod de Bethlehem exiet; ostendens quod ibi solum nasceretur. Quomodo autem habet rationem de Zorobabel hæc dicta esse, ut quidam dicunt? Non enim exitus ejus fuit à principio ex diebus sæculi: neque etiam ex Bethlehem exivit, cum non in Judæa, sed in Babylonia natus sit. Est etiam ad hoc, testimonium quod dicit: *Nequaquam minima es, quia ex te exiet*: nullus enim alius illustrem fecit villam in qua nasceretur quam Christus. Post natiuitatem enim à finibus orbis terrarum veniunt visuri præsepe, & regurii locum. Non autem dixit: *Ex te exiet Filius Dei*; sed *Dux qui pascet populum meum Israel*: oportebat enim in principio condescendere, ut non scandalizarentur, & quæ ad salutem hominum pertinebant prædicare, ut magis induerentur. (3) Mystice autem dicit: *Qui regat populum meum Israel*: Israel enim hic dicit eos qui crederent ex Judæis; si autem non omnes Christus rexit, eorum est accusatio. De genibus autem interim tacuit, ne scandalizaret Judæos. Vide autem mirabilem dispensationem: Judæi enim, & Magi simul se invicem docent. Judæi à Magis audiunt quod Christum in orientis regione stella prædicabat, & Magi à Judæis quod Propheta antiquitus eum nuntiaverunt: ut geminato testimonio confirmati, ardentiori fide expeterent quem & stellæ claritas, & prophetiæ manifestabat auctoritas. *Augustinus* in ferm. de Epiph. (b) (circa medium.) Poterat enim stella quæ perduxit ad locum, ubi erat cum Matre Virgine Deus infans, ad ipsam eos perducere civitatem; sed tamen subtraxit se, nec eis profus apparuit, donec de civitate

in

(1) *A.* maximum conspectu. (2) *A.* volentes. (3) *A.* Quod autem dicit.

EX EDIT. P. NICOL. (a) *Glossa*. Nihil tale in *Glossa* quæ nunc extat, neque etiam alibi sub his verbis occurrit, vel in Beda, vel in Rabano, vel in Ruperto, vel in Anselmo, vel in Hugone, ut nec in Hieronymo, vel Chrysostomo; sed ex his atque illis æquivalenter colligitur.

(b) Et ferm. 66. de Diversis.

„saurus desiderabilis requisivit in ore sapientis. „Thure, quod Deo incenditur, virtus orationis exprimitur, secundum illud (Psal. 140.) „Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. „Per myrrham vero carnis mortificatio figuratur. Natus ergo Regi aurum offerimus, si in conspectu ejus sapientiae lumine splendemus; thus offerimus, si per orationum studia Deo redolere valeamus; myrrham offerimus, si carnis vitia per abstinentiam mortificamus. *Glossa.* (a) (ord. super illud, *Obtulerunt ei.*) Tres autem viri qui offerunt, significant gentes de tribus partibus mundi venientes. Thesaurus aperiant dum fidem cordis per confessionem ostendunt. Bene autem in domo docentes, ne thesaurum bonae conscientiae jactando propalemus. Offerunt tria munera, hoc est fidem sanctae Trinitatis; vel apertis thesauris Scripturarum, historicum, moralem, & allegoricum sensum offerunt, vel Logicam, Physicam, & Ethicam, dum illa fidei servire faciunt.

(f) *Augustinus* (b) in serm. de Epiph. Herodes impius factus ex timore crudelis voluit deservire. Sed quomodo poterat capere eum qui ipsas fraudes venerat amputare? Ut ergo ejus fraus elideretur, sequitur: *Et responso accepto.* *Hieronymus* (super illud, *Et responso accepto.*) Qui enim munera obtulerunt Domino, consequenter responsum accipiunt. Responsum, (1) quod Graece *krematithentes* dicitur, non per Angelum fit, sed per ipsum Dominum, ut meritum Joseph privilegium demonstraretur. *Glossa* (ord. super illud, *Et responso accepto.*) Fit autem haec responso per ipsum Dominum: quia nullus alius viam reversionis instituit nisi ille qui dicit (Joan. 14.) „Ego sum via. „Non tamen loquitur puer ad eos, ne divinitas ante tempus reveletur, & ut vera humanitas habeatur. Dicit autem, *Et responso accepto*: sicut enim Moyses tacitus clamat, sic isti pio affectu interrogabant quid divina juberet voluntas. Dicit autem: *Per aliam viam reversi sunt in regionem suam*: quia infidelitati miscendi non erant Judaeorum. *Chrysoströmus* in hom. (8. non remote à princ.) Intuere autem Magorum fidem qualiter non scandalizati sunt in seipsis dicentes: Si magnus est puer hic, quae necessitas fugae est, & occultae recessions? Hoc enim est verae fidei non querere causas eorum quae (2) fieri praecipiantur; sed suaderi solum ab eis. *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 2. in op. imperf.) Si autem Magi Christum quasi terrenum

Regem quaesissent, invenientes eum, apud ipsum mansissent; nunc autem adoraverunt, & reversi sunt. Cum autem reversi fuissent, manserunt colentes Deum magis quam ante, & praedicantes multos erudierunt. Et denique cum Thomas ivisset ad provinciam illam, adjuncti sunt (3) ei, & baptizati, facti sunt executores praedicationis ipsius. *Gregorius.* (hom. 10. in Evang. prope finem.) (Magnum vero nobis aliquid Magi innuunt, quod in regionem suam per aliam viam revertuntur. Regio quippe nostra paradysus est, ad quem Jesu cognito redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra, superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando discedimus; sed ad eam necesse est ut flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refranando redeamus. *Chrysoströmus* super Matth. (in op. imperf. ut supra.) Nec etiam erat possibile ut qui ab Herode ad Christum venissent, redirent ad Herodem: qui enim relicto Christo ad diabolum transeunt per peccatum, frequenter per penitentiam revertuntur ad Christum. Qui enim fuit in innocentia, dum nescit quid sit malum, facile decipitur; sed cum expertus fuerit malum quod invenit, & recordatus bonum quod perdidit, compunctus redit ad Deum. Qui autem relicto diabolo, venit ad Christum, difficile redit ad diabolum: quia dum gaudet in bonis quae invenit, & recordatur mala quae evasit, difficile redit ad malum.

(g) *Rabbanus.* Hic praetermittit Matthaeus diem purificationis, in qua oportebat primogenitum offerri in templo, & agnum, vel par turturum, aut columbarum. Et quamvis timerent Herodem, tamen non sunt ausi transgredi legem, quin ad templum puerum deferrent. Cum itaque rumor de puero jam inciperet dilatarı, mittitur Angelus qui in Aegyptum faciat puerum transportari: unde dicit: *Angelus Domini apparuit in somnis Joseph.* *Remigius.* Per hoc quod semper Angelus Joseph in somnis apparuisse dicitur, mystice designatur quia illi qui à curis terrenis, & secularibus negotiis quiescunt, perfrui angelica visione merentur. Dicit ergo ei: *Surge, & accipe puerum, & matrem ejus.* *Hilarius* (can. 1. in Matth. circa med.) Cum desponsatam eam justo significabat, conjugem nuncupavit; sed post partum mater tantum Jesu ostenditur, ut quemadmodum justo Joseph deputaretur Mariae in virginitate conjugium,

(1) *Al.* Responsum enim per Angelum fieri dicitur, ut meritum Joseph &c. (2) *Al.* vere.

(3) *Al.* deest ei.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Sive Anselmus, ut jam supra. (b) Non occurrit inter sermones qui nunc extant.

ita venerabilis ejus ostenderetur in Jesu Matre virginis. *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 2. in op. imperf.) Non autem dicit, Accipe matrem, & puerum ejus; sed è converso: quia non propter matrem puer natus est; sed propter puerum mater praeparata est. Sequitur: *Et fuge in Aegyptum.* Quomodo autem Filius Dei ante hominem fugit; aut quis liberet de inimicis, si & ipsi inimicos suos timet? Et primum quidem oportet ut regulam humanae naturae quam suscepit conservet & in hac parte: quia humanae naturae, & puerilitati convenit fugere potestatem minantem; deinde ut ceteri Christiani, cum necessitas persecutionis advenit, fugere non erubescant. Sed quare in Aegyptum? Recordatus est enim Dominus, qui non in finem irascitur, quanta mala fecerit super Aegyptum; ideo mittit Filium suum in eam, & dat illi magnae reconciliationis signum, ut decem plagas Aegypti una medicina sanaret, ut populus qui ante fuerat persecutor populi primogeniti, custos fieret Filii unigeniti; ut quia illi violenter dominati sunt, ipsi cum devotione fervirent; ut jam non irent ad mare rubrum de mergendi, sed vocarentur ad aquas baptismatis vivificandi. (a) *Augustinus* in serm. de Epiph. Audi etiam magni mysterii sacramentum. Moyses aliquando in Aegypto perfidis clauserat diem; illuc Christus adveniens sedentibus in tenebris reddidit lucem; fugit ut illuminaret, non fugit ut lateret. Sequitur: *Et esto ibi usque dum dicam tibi: futurum est enim ut Herodes quaerat puerum ad perdendum eum.* (Serm. 2. de Innoc.) Putabat enim infelix tyrannus Salvatoris adventu regali se folio detrudendum; sed non ita est: non ad hoc venerat Christus ut alienam gloriam invaderet, sed ut suam donaret.

Sequitur: *Qui confurgens accepit puerum, & matrem ejus nocte, & secessit in Aegyptum.* *Hilarius* (Can. 1. in Matth. prope fin.) Scilicet idolis plenam; jam enim post Judaeorum infectionem Judaeam relinquens, Christus ad gentes inanissimis religionibus deditas, colendus infertur. *Hieronymus* (in Matth. cap. 2. super illud, *Ecce Angelus.*) Quando igitur tollit puerum, & matrem ejus, ut in Aegyptum transeat, nocte tollit, & in tenebris; quando vero revertitur in Judaeam, nec nox, nec tenebrae ponuntur in Evangelio. *Chrysoströmus* super Matth. (hom. 2. in op. imperf. circ. fin.) Omnis enim persecutionis angustia nox est, refrigerium autem dies. *Rabbanus.* Vel quia luce vera recedente,

lucis ipsius ofores in tenebris remanserunt, ipsa vero redeunte illuminantur. *Chrysoströmus* in hom. 8. Vide autem statim ipso nato tyranum insanire, & quod mater cum puero ad extra-neam effugatur regionem, ut si tu incipiens alicui spirituali rei deservire, videaris tribulari, non turberis, sed omnia viriliter feras, hoc habens exemplum. *Beda.* (b) Quod enim Dominus à parentibus sublatus est in Aegyptum, significat electos saepius malorum improbitate suis effugandos ex sedibus, vel etiam exilio demandandos. Si quidem ipse qui suis erat praecipiturus (infra 10.) *Cum vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*: primus fecit quod praecipit, fugiendo hominem quasi homo in terra, quem stella Magis paulo ante adorandum monstravit ex caelo. *Remigius.* Quod autem Dominus in Aegyptum iturus esset, praedixerat Esaias 19. cum ait: „Ecce Dominus „ascendet super nubem levem, & ingredietur Aegyptum, & disperdet simulacra Aegypti. „ti. „Consueto autem fuit istius Evangelistae omnia quae dixit confirmare; & hoc ideo, quia Judaeis scribebat: ideoque subjungit: *Ut adimpleretur quod dictum est à Domino, per Prophetam dicentem: Ex Aegypto vocavi Filium meum.* *Hieronymus* de optimo genere interpretandi (circa medium.) Hoc 70. Interpretes non habent; sed in Osea Propheta iuxta Hebraeam scribitur veritate (cap. 11.) „Quia puer „Israel est, & dilexi eum; „& „ex Aegypto „to vocavi filium meum: „pro quo 70. translulerunt: „Quia parvulus est Israel, & dilexi „eum, ex Aegypto vocavi (1) Filium meum. „*Hieronymus* super Oseam (Lib. 2. in expositione cap. 2.) Hoc autem testimonio utitur Evangelista, quia haec typice referuntur ad Christum. Notandum enim, quod in hoc Propheta, & in aliis ita de adventu Christi, & de vocatione Gentium praenunciatur ut radix historiae non penitus deseratur. *Chrysoströmus* in hom. (8. in Matth.) Est etiam prophetae lex multa multoques dicit aliis, compleri autem in aliis; sicut de Simeone, & Levi dictum est (Gen. 49.) „Dividam eos in Jacob, & dispergam in Israel: „quod non in eis, sed in nepotibus completum est: quod & hic apparet. Christus enim natura Dei Filius (2) est, & sic in eo vere prophetia completur. *Hieronymus* (Matth. 2. super illud, *Ut adimpleretur.*) Possimus autem & hunc locum conciliare, & inducemus testimonium ex Numeris (cap. 23.) „Deus ex

(1) *P. Nicolaj.* habet filios meos, ut constat contradictio. (2) *Al.* omittitur est.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Nec id etiam in sermonibus qui nunc extant occurrit. Perperam autem prius cum is confundebatur quae mox ex 2. serm. de Innoc. reponimus. (b) Hom. scilicet in nata li Ss. Innocentium.

dem esse Herodem, à quo in passione Domini irridetur, & qui nunc mortuus esse refertur. Ergo Herodes ille, qui cum Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis filius est, frater Archelai, quem Tiberius Cæsar Lugdunum relegavit, fratremque ejus Herodem successorem regni fecit. Primo ergo Herode defuncto: *Ecce apparuit Angelus Domini in somnis Joseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus. Dionysius in cælest. Hierarch. (cap. 4. par. ant. finem.)* Vide quoniam & ipse Jesus super cælestibus essentis super existens, ad id quod secundum nos est, immutabiliter veniens, non refugit ad se ordinatam, & assumptam humanam ordinationem; sed obediens subditur Dei Patris per Angelos dispositionibus, & per (1) Angelos ipsos annuntiatum Joseph à Patre disposita Filii ad Ægyptum recessio, & iterum ad Judæam ex Ægypto transfugio. *Chrysostronus super Matth. (hom. 2. in opere imperf.)* Vides enim quia Joseph ad ministerium Mariæ erat electus: eunte enim illa in Ægyptum, & redeunte, quis ministerium ei tanta necessitatis impleveret, nisi desponsata fuisset? Nam prima quidem facie Maria puerum nutrebat, & Joseph conservabat; revera autem puer & matrem nutrebat, & Joseph tuebatur. Sequitur: *Et vade in terram Israel: quasi medicus enim descendit in Ægyptum, ut visitaret eam languentem erroribus, non ut remaneret in ea. Ratio autem reversionis assignatur cum subditur: Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Hieronymus (super illud: Defuncti sunt.)* Ex hoc loco intelligimus non solum Herodem, sed etiam Sacerdotes, & Scribas eo tempore necem Domini fuisse meditato. *Remigius.* Sed si multi fuerunt, quomodo in tam brevi spatio extincti sunt? Quia, ut dictum est, Herode mortuo, occisi sunt omnes majores, qui in custodia tenebantur. *Chrysostronus super Matth. (hom. 2. in opere imperf.)* Quod dicitur consilio factum esse, quia consenserunt Herodi, ut inquireret puerum, & occideret, quia scriptum est: *Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Remigius.* Aut certe locutus est Evangelista per speciem tropi, quando multi ponuntur pro uno. In hoc autem quod dicit: *Animam pueri, destruantur heretici, qui dixerunt, Christum non sumpsisse animam; sed loco animæ habuisse divinitatem. Beda in hom. (de Innoc.)* Quod autem occisis pro Domino pueris, Herodes non longe post obiit, & Joseph Dominum cum matre ad terram Israel reduxit, significat omnes persecuciones, quæ contra Ecclesiam erant

(1) *Al. medius. (2) Al. Ex Histor. Josephi. (3) Al. viginti & quatuor. (4) Al. secessit. (5) Al. omittitur Christi.*

movenda; persecutorum morte vindicandas, & pacem Ecclesiæ denuo reddendam, & sanctos qui latuerant, ad sua loca revertendos. Vel quod defuncto Herode, redit ad terram Israel Jesus, denuntiat quod, Enoch, & Elia prædicantibus, Judæi, sopita modernæ invidiæ flamma, fidem veritatis acciperent.

(1) *Glossa.* Veritatis admonitionis Joseph non inobediens fuit: unde sequitur: *Qui confurgens accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Israel.* Non enim determinaverat Angelus in quo loco terræ Israel, ut dubitante Joseph, iterum revertatur, & frequentiori visitatione Angeli certior redderetur: unde sequitur: *Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire. (2) Josephus (Lib. 17. Antiq. cap. & Lib. 1. de Bello Judaico cap. 18.)* Habuit siquidem Herodes uxores (3) novem, ex quarum septem numerofam suscepit sobolem: primogenitus ejus Antipater ex Josida; Alexander, & Aristobolus ex Mariannæ; Archelaus ex Mathacæ Samaritide; Herodes Antipas, qui postea tetrarcha fuit, & Philippus ex Cleopatra Hierosolymitide. Tribus igitur primis ab Herode interfectis, & post mortem ejus occasione testamenti patris, Archelao gubernationem regni usurpante, & causa de successione regni ad Cæsarem Augustum delata; tandem de consilio Senatus omnem Herodis monarchiam distribuit: mediam partem, scilicet Idumæam, & Judæam, tradens Archelao sub nomine tetrarchiæ, pollicitus se facturum eum Regem, si se dignum præbuisset; mediam vero partem in duas secuit tetrarchias: (4) cæsitque Galilæa in partem Herodis tetrarchiæ; Iturææ vero, & Traconiditis regio Philippo. Factus est ergo post Herodem defunctum Archelaus quasi dyarchus, quod domini genus hic regnum appellat. *Augustinus de Conf. Evang. (Lib. 2. cap. 10.)* Sed hic aliquis quæret: Quomodo, sicut Lucas narrat, ibant parentes ejus per omnes annos pueritiæ (5) Christi in Hierusalem, si Archelai timore ibi prohibebantur accedere? Hoc dissolvere non est difficile: fieri enim poterat ut per diem festum, inter tam ingentem turbam latenter ascenderent mox reversuri, cum tamen aliis diebus habitare metuerent: ut necessitate prætermissa essent intelligi, nec continua mansione perpicui. Ille quoque intellectus patet, ut quod Lucas dicit per omnes annos eos ascendere solitos in Hierusalem, tunc accipiamus factum cum jam non mæretur Archelaus, qui, secundum historiam Josephi (Lib. 2. cap. 8.) solum novem annis

reg-

regnavit. Sequitur: *Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ.* Sed forte hic quispiam moveatur. Cum Matthæus dixerit, ideo timuisse Joseph cum puero redeuntem ire in Judæam, quia (1) pro patre suo Herode Archelaus filius ejus regnabat; quomodo potuit ire in Galilæam, ubi alius filius ejus Herodes tetrarcha erat, ut Lucas testatur? Quasi vero ipsa sint tempora quibus puero timebatur quæ Lucas commemoravit, quæ uique adeo mutata erant ut in ipsa Judæa non Rex esset Archelaus, sed præses Pilatus. *Glossa (ord. super illud: Timuit illo ire.)* Sed tunc quaeritur: Quare non timuit Joseph in Galilæam ire, cum & ibi Archelaus regnaret? Sed melius potuit latere cum puero in Nazareth, quam in Hierusalem, ubi erat caput regni, (2) & assiduus Archelaus. *Chrysostronus in hom. (9. circa medium.)* (3) Immo quia regionem ortus sui mutavit, res in posterum caligine obducta est. Omnis quippe impetus persecuentis in Bethlehem, ejusque fines deservierat. Venit igitur Joseph in Nazareth, & periculum fugiens, & in patriam rediens; unde sequitur: *Et veniens habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth.* *Augustinus de Cons. Evang. (Lib. II. cap. 1.)* Forte & hoc movet, quomodo dicat Matthæus, propterea cum puero Jesu parentes ejus isse in Galilæam, quia metu Archelai in Hierusalem ire noluerint; cum propterea magis isse in Galilæam videantur, quia civitas eorum erat Nazareth Galilææ, sicut Lucas non tacuit. Sed intelligendum est, quia ubi Angelus in somnis in Ægypto dixit ad Joseph: *Vade in terram Israel.* sic intellectum primo esse à Joseph ut putaret rectius esse pergere in Judæam: ipsa enim primitus intelligi potuit (4) terra Israel. Postquam vero compertit ibi regnare Archelaum, noluit obijcere se periculo; cum posset terra Israel etiam Galilæa intelligi, quia & ipsam populus Israel incolēbat. Quamquam posset & aliter solvi, quia potuit videri parentibus Christi non esse habitandum ibi cum puero, nisi in Hierusalem ubi erat templum Domini; & illuc ivissent, nisi Archelai præsentia terreantur. Non autem divinitus jubebantur in Judæa, vel in Hierusalem habitare, ut de Archelao quod (5) timebant, deberent contemnere; sed in terra Israel, in qua etiam, ut dictum est, poterat intelligi Galilæa. *Hilarius (can. 2. in Matth. circ. princ.)* Verum typica ratio conservata est: Joseph enim Apolto-

(1) *Al. cum patre. (2) Al. deest & assiduus (3) Al. Et etiam quia villam nativitatis mutavit, res obumbratur; impetus enim omnis erat adversus Bethlehem, & fines ejus. (4) *Al. in Israel. (5) Al. timebant contemnere.**

EX EDIT. P. NICOL. (2) Et in hom. 19. super Matthæum.

lorum tenet speciem, quibus Christus circumferendus esse creditus. Hi tamquam Herode mortuo, id est populo ejus in passione Domini deperdito, Judæis prædicare sunt iussi, (missi enim erant ad oves perditas domus Israel;) sed manente hereditariæ infidelitatis dominata metuunt, & recedunt; admoniti per visum, Spiritus Sancti donum in gentibus contemplantes, ad eas conferunt Christum. *Rabbanus.* Vel hoc ultima tempora Ecclesiæ designat, quando plurimis Judæorum ad prædicationem Enoch, & Eliæ conversis, cæteri ad infinetum Antichristi contra fidem pugnabant. Pars igitur Judææ, in qua regnabat Archelaus, Antichristi sequaces offendit; Nazareth autem Galilææ, quo transfertur Christus, partem ejusdem gentis quæ fidem est susceptura designat unde Galilæa transfugatio, Nazareth autem flos virtutum interpretatur: quia Ecclesiæ quo ardentius à terrenis ad cælestia transfugatur, eo magis virtutum flore, & germine abundat. *Glossa.* Huic autem Prophete testimonium adjungit, dicens: *Ut impletur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazareus vocabitur. Hieronymus.* Si fixum de Scripturis posuisset exemplum, nunquam diceret: *Quod dictum est per Prophetas;* sed simpliciter: *Quod dictum est per Prophetam.* Nunc autem pluraliter Prophetas vocans, ostendit se non verba de Scripturis sumpsisse, sed sensum. Nazareus interpretatur sanctus; sanctum autem Dominum futurum omnis Scriptura commemorat. Possumus & aliter dicere, quod etiam eisdem verbis juxta Hebraicam veritatem in Esaia (11.) scriptum sit: „Exiet virga de radice Jesse, & Nazareus de radice ejus confurget.“ *Chrysostronus super Matth. (a) (hom. 2. in opere imperf. in fine.)* Aut forte legerunt & aliquos Prophetas ita dicentes, qui non sunt nobis canonizati, sicut Nathan, & Esdra. Et quoniam hoc prophetatum erat, manifestat Philippus dicens ad Nathanaelem (Joan. 1.) „Quem scripsit Moyses in lege, invenimus Jesum, à Nazareth.“ Unde etiam prius Christiani Nazaræi vocabantur; sed apud Antiochiam mutatum est hoc nomen, & dicti sunt Christiani. *Augustinus de Conf. Evang. (Lib. 2. cap. 5.)* Hæc autem omnia quæ sunt à narratione Magorum, & deinceps, Lucas tacet. Hoc proinde cognoscendum, quod deinceps ad cætera valeat, sic unumquemque Evangelistarum contexere narrationem suam, ut tamquam nihil

hil præmittentis series digesta videatur: tacitis enim quæ non vult dicere, sic ea quæ vult dicere illis quæ dicebat adjungit, ut ipsa continuo sequi videantur; sed cum alter dicit ea

quæ alter tacuit, diligenter ordo consideratus indicat locum ubi ea potuerit à quo prætermissa sunt, transiliri.

CAPUT III.

(a) IN diebus autem illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Hic est enim de quo dicitur est per Elaiam prophetam dicentem: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.

(b) Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem ejus erat locusta, & mel silvestre.

(c) Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem, & baptizabantur ab eo in Jordane, confidentes peccata sua.

(d) Videns autem multos pharisæorum, & sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ: & ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

(e) Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiâ; qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni, cujus ventilabrum in manu sua: & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum; paleas autem comburet igni inextinguibili.

(f) Tunc venit Jesus à Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari; & tu venis ad me? Respondens autem Jesus dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum.

(g) Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei caeli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se.

(h) Et ecce vox de caelis dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

(a) **C**hrystostomus super Matth. (hom. 3. in oper. imperf.) Sol appropians antequam appareat, mittit radios suos, & facit albescere orientem, ut præcedens auro adventum diei demonstret: sic Dominus natus in mundo, antequam appareat, per doctrinam Spiritus sui fulgore transmissio illuminavit Joannem, ut præcedens ille adventum annuntiet Salvatoris: & ideo post ortum Christi enarratum, doctrinam ejus enarraturus Evangelista, & baptismum, in quo testimonium habuit, de præcurfore, & Baptista præmittit, dicens: *In diebus autem illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto. Remigius.* His autem verbis, beati Joannis non solum tempus, & locum, & personam, sed etiam officium, & studium demonstrat. Tempus generale demonstrat cum dicit: *In diebus autem illis.* Augustinus de Cons. Evang. (Lib. 2. cap. 6.) Hoc autem tempus Lucas per terrenas potestates expressit cum dixit (cap. 3.) „Anno „quintodecimo. Sed intelligere debemus Mattheum cum dixerit: *In diebus illis*, in multo longiori spatio accipi voluisse. Mox enim ut narravit regressum de Ægypto Christum, quod

utique tempore pueritiæ, vel infantie factum est, ut possit stare quod Lucas de illo cum duodecim esset annorum narravit, continuo intulit: *In diebus autem illis*, non utique pueritiæ tantum illius dies insinuans, sed omnes dies ab ejus nativitate usque quo prædicare cepit Joannes. *Remigius.* Personam ostendit cum dicit: *Venit Joannes*; id est, manifestavit se, qui tandiu prius latuerat. *Chryostomus* in hom. Sed quare necessarium fuit ut Joannes Christum præveniret operum testimonio Christi in prædicante? Primo quidem ut hinc Christi dignitatem discas, quod sicut Pater, ita & ipse Prophetas habet, secundum illud Zachariæ (Luc. 1.) „Et tu puer Propheta Altissimi, mi vocaberis.“ Deinde ut nullam causam inverecundiæ Judæis relinquat; quod & ipse demonstrat dicens (Luc. 7.) „Venit Joannes „neque manducans, neque bibens; & dicunt, „Dæmonium habet. Venit Filius hominis „manducans, & bibens; & dicunt, „Ecce „homo edax.“ Sed & aliter necessarium erat ab alio prius dici quæ de Christo erant, & non ab ipso: alias Judæi quid dixissent, qui post testimonium Joannis dixerunt (Joan. 8.) „Tu „tes-

„testimonium perhibes de teipso? Testimonium tuum non est verum.“ *Remigius.* Offitium subjungit cum dicit, *Baptista* (a) in quo Domini viam præparavit: nisi enim baptizari homines consueverent, baptismum Christi abhorrent. (b) Studium ostendit, cum ait: *Prædicans. Rabbanus.* Quia etiam Christus prædicaturus erat: postquam enim visum fuit idoneum tempus, scilicet circa triginta annos, incipiens prædicationem suam; viam Domino præparavit. *Remigius.* Locum subjungit dicens: *In deserto Judææ.* (c) *Maximus.* Ubi ad prædicationem ejus nec insolens turba perferret, nec infidelis auditor rediret; sed hi tantum audire possent qui prædicationem cura divini cultus expererent. *Hieronymus* sup. Elaiam (Lib. 11. in exp. cap. 40.) Vel in hoc considerandum est quod salutare Dei, & gloria Domini non prædicatur in Hierosalem, sed in solitudine Ecclesie, & in deserta gentium multitudine. *Hilarius* (cap. 2. in Matth.) Vel etiam ad Judæam venit desertam Dei frequentatione, non populi, ut prædicationis locus, eorum quibus prædicatio erat missa, solitudinem testaretur. *Glossa* (ord. hoc loco.) Vel typpi desertum significat vitam à mundi illecebris segregatam, quæ pœnitentibus competit. *Augustinus.* (d) in Lib. de Utilitate pœnitentiæ (sub initio.) Nisi autem pœniteat aliquem vitæ veteris, novam non potest inchoare. *Hilarius* (ut supra.) Et ideo pœnitentiâ, regno caelorum appropinquat, pronuntiat, per quam est reditus ab errore, recursus à crimine, & post vitorum pudorem professio desinendi; dicens: *Pœnitentiâ agite.* *Chryostomus* super Matth. (hom. 3. in opere imperf.) Ubi manifestat in ipso principio, quia benigni Regis est nuntius: non enim peccatoribus minas intendebat; sed indulgentiam promittebat. Solent Reges nato sibi filio, indulgentiam in regno suo donare; sed ante transmittunt acerbissimos exactores. Deus autem nato sibi filio, volens donare indulgentiam peccatorum; præmisit quasi exactorem exigentem, & dicentem: *Pœnitentiâ agite.* O exactio quæ non facit pauperes, sed divites reddit! Nam cum quis debitum justitiæ suæ reddiderit, Deo nihil præstat, sed sibi lucrum suæ salutis acquirit. Pœnitentia enim (1) cor emundat, sensus illuminat, & ad susceptionem Christi præparat humana præcordia: unde subjungit: *Appropinquabit enim regnum caelorum.* *Hieronymus* (sup. S. Thom. Oper. Tom. VIII.)

per Matth. cap. 3.) Primus Baptista Joannes regnum caelorum prædicat, ut præcursor Domini hoc honoretur privilegio. *Chryostomus* in hom. (10. prope medium.) Ideoque quod nunquam Judæi audierant, neque etiam à Prophetis caelos, & regnum quod ibi est, prædicat, & nihil de cætero de terra dicit. Sic ergo ex novitate eorum quæ dicuntur erigit, eos ad quærendum eum qui prædicatur. *Remigius.* Regnum autem caelorum quatuor modis dicitur: nempe Christus, secundum illud (Luc. 7.) „Regnum Dei intra vos est:“ Sancta Scriptura, secundum illud (infra 21.) *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum ejus:* sancta Ecclesia, secundum illud (ibid. 25.) *Simile est regnum caelorum decem virginibus:* supernum solum, secundum illud (ibid. 8.) *Multi venient ab oriente, & occidente, & recumbent in regno caelorum:* & hoc totum hic potest intelligi. *Glossa* (ord. super illud: *Appropinquavit enim regnum caelorum.*) Dicit autem: *Appropinquavit enim regnum caelorum:* quia nisi appropinquaret, nemo redire posset: quia infirmi, & cæci via, quæ est Christus, carebant. *Augustinus* de Conf. Evang. (Lib. 2. cap. 12.) Hæc autem verba Joannis, alii Evangelistæ prætermiserunt. Jam vero quod sequitur: *Hic est qui dicitur est per Elaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deserto: Rectas facite semitas ejus:* ambigue positum est, nec elucet utrum ex persona sua Evangelistæ commemoraverit, an (2) adhuc verba ejusdem Joannis secutus adjunxerit, ut totum hoc Joannes dixisse intelligatur: *Pœnitentiâ agite: appropinquavit enim regnum caelorum. Hic est enim de quo dicitur est per Elaiam Prophetam.* Neque enim hoc movere (3) debet, quia non ait. Ego sum, sed *Hic est:* nam & Matthæus dixit (infra 9.) *Invenit hominem sedentem in telonio; & non dixit, Invenit me.* Quod si ita est, non est mirum, si & interrogatus quid diceret de seipso, sicut narrat Joannes Evangelista (cap. 1.) respondit: *ego vox clamantis in deserto.* *Gregorius* in hom. (7. in Evang. super „Ego vox:“ Scitur autem, quia unigenitus Filius Verbum Patris vocatur, secundum illud (Joan. 1.) „In principio erat Verbum.“ Ex ipsa autem nostra locutione cognoscimus: quia vox sonat, ut verbum possit audiri. Adventum itaque Domini Joannes præcurrens vox dicitur, quia per ejus (4) ministerium Patris Verbum ab hominibus auditur.

(1) Al. cor eorum dat. (2) Al. ad hæc. (3) Al. dicitur. (4) Al. mysterium.

EX EDIT. P. NICOL. (a) *Glossa* (b) *Remigius.* (c) Nempe Maximus Taurinensis ferm. 1. de S. Joannis præcursoris nativitate circa medium. (d) Sive in Lib. I. homiliarum hom. ultima, quæ de utilitate atque necessitate pœnitentiæ inscribitur, & quam etiam Beda I. ad Corinth. 5. & 6. vocat Librum de pœnitentiâ; ut hic. Extat & aliquid simile hom. 27. ejusdem Libri homiliarum aliis verbis.